S C R I P T A

Numéro Scripta : 3048

Auteur(s) : Coutances (official)

Bénéficiaire(s) : Le Valle, Saint-Michel du Valle, dépendance Le Mont Saint-Michel (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1270, 9 décembre

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Lettre de l'official de Coutances constatant que Guilleaume Estur, de l'île de Guernesey, a pris à bail perpétuel des moines du Mont St Michel, la terre qui fut à Hamelin Estur de ladite île, à charge de payer au Prieur du Valle douze quartiers de froment de rente annuelle (grande mesure) à la St Michel et quatre pains et quatre chapons à Noel ; ledit Guilleaume s'obligeant pour lui et ses hoirs, en cas du non-paiement des dites rentes, de transférer aux moines le champ appelé le Grand Clos, situé dans la paroisse de Ste Marie du Câtel.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 122, p. 190-191.

Texte établi d'après a

Universis visuris officialis Salutem in Noveritis quod in nostra presentia constitutus Estur de confitens se cepisse in feudum perpetuum a viris religiosis abbate et conventu montis Michaelis in periculo maris totam illam terram que fuit Hamelini Estur dicti insuli cum omnibus pertinenciis pro duodecim quarteriis frumenti ad magnam mensuram, quatuor panibus, quatuor caponibus annui redditus priori de Valla qui pro tempore fuerit singulis annis ab eodem et ejus heredibus, dicto frumento videlicet ad festum dictis que panibus et caponibus ad natale, spontaneus obligavit in contraplegium dictis religiosis clausum qui vocatur magnus clausus situm in parrochia beate Marie de Castro jungentem ex utroque latere ad terram aliam dicti Hamelini quam dictis religiosis dedit penitus et dimisit. Et voluit idem quod si dictum feudum dimiserit ipse vel ejus heredes quod dictus clausus pro dampnis et interesse dictorum religiosorum eisdem eorumque monasterio pure et libere absque contradictione ipsius vel ejus heredum seu impedimento aliquo remaneat in futurum ipsum clausum ad obligans jusque et proprietatem dicti clausi eisdem religiosis eorumque monasterio specialiter transferendo super premissis omnibus et singulis observandis et de non veniendo contra ab eodem prestito juramento. Et renunciavit privilegio fori secularis et omni alii pena viginti librarum ab eodem apposita et solvenda dictis religiosis ab ipso si contra premissa veniret ipse vel ejus heredes seu aliquid attemptaret et ea soluta obligatio dicti clausi in contraplegium nichilominus in suo robore perduraret et appropriaretur dictus clausus dictis religiosis et monasterio eorumdem et nos ipsum ad omnia et singula dictis religiosis et eorum monasterio condempnamus ad que se obligavit et promisit idem Actum anno m° cc° lxxmo. die martis post festum Nicholai Hyemale cum procuratore dictorum religiosorum.